Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/2
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

71 e

RECTOR
ACADEMIAE WITTENBERGENSIS,
GODOFREDUS
Strauß/ Jctus,

Potentiſſimi Regis Poloniarum, & Electoris Saxoniæ in ſupremo Appellat. Judicio Dresdenſi, nec non Sereniſſimi Principis Anhaltino-Serveſtani Conſiliarius Aulicus, Curiæ Provincial. & Conſiſtor. Eccleſiaſt. Aſſeſſor, Decretalium in Academia Wittenbergenſi PROF. PUBL. atqve Facult. Juridicæ Ordinarius ac Senior,

CIVIBUS ACADEMICIS
S. P. D.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

PRimum omnino bonum & ſummum eſt, quod à DEO Creatore homines poſſidemus, *cognitio ipſius.* In hac conſtitit ſalus humana, cum parentes noſtri primi exiſterent; in hac eadem reparatur, poſtqvam à Satana ſeducta viventium mater cognitionem DEI ſalutarem amiſit, ſuosqve poſteros vita, ad qvam naſci debuiſſent, æterna privavit. Dum eam in cognitione DEI poſitam introſpicimus reparationem, hanc omnino divinitatem æternam, cum mundo condito, rationali creaturæ patefactam credimus, uti ſe in Trinitate unum, & in unitate trinum voluit adorari; *à qvo, per qvem, & in qvo* eſſent omnia condita; & *à qvo, per qvem, & in qvo* eſſent illa reſtituenda, qvæ ex admiſſo interitu ipſe vellet

Rom. XI, 36.

let

let reſtitureſtituta. Ita Patrem æternum, & coæ-
ternum fium filium, & utriusqve æternum ſpiri-
tum cogn cognoſcimus, cum vaticinante Spiritu,
& in pectı pectora miſſo peccatorum hominum,
in charitaharitate Patris, Filii Redemptoris meri-
tum offen offendimus; nec aliter nobis obvenire
deprehenrehendimus æternam ſalutem, qvam ver-
bo SanctSancti Spiritus operante, nobisqve remiſ-
ſionem piem peccatorum, gratiam, pacemqve in
Domino mino promittente, ut veram DEI Patris
notitiam,itiam, partamqve per Filium filiationem
amiſſam iſſam recuperemus. Hic æternus ille
Deus eſt,us eſt, in JEHOVA patribus priſcis creditus
& adoratıdoratus, hic ille dierum antiqvus, in thro-
no incomincomprehenſibilis lucis & gloriæ Dani-
eli viſus, viſus, hic ille ſolus cognoſcendus, ſolus
adorandurandus, à qvo ſic cognito & adorato gra-
tiam habn habeamus, æternamqve ſalutem. Ca-
ve aliam aliam de Deo animo tuo infigas ideam,
qvàm qvàm qvæ eſt unius in Trino, & Trini in u-
no, Patri, Patris, Filii, & Spiritus S.; nec aliam un-
qvam poam potuiſſe eſſe ejus inter Angelos homi-
nesque ſque patefactionem & adorationem firmi-

ter tene, qvam qvæ hodie obtinet in Ec-
cleſia Chriſtianorum. Inſalutaris & ab omi-
nabilis eſt omnis coram Deo religio, qvæ fi-
de caret SS. Trinitatis. O miſeri, cum aliis,
Judæi! qvantæ tenebræ vos obruerunt, cum
Pſ. II, 12. oſculari Filium Patris cœleſtis, Spiritui S. e-
Act. VII, 51. jus reclamantes contumaciter renuiſtis. A
creatore veſtro habetis vitam naturalem,
qvem niſi agnoveritis, qvi ſit, qvàm deſide-
rans veſtræ vitæ ſpiritualis, cum qva con-
junctam voluit æternam, nunqvam æternum
ſalvabimini. Hæc ſpiritualis vita à cognitio-
ne SS. Trinitatis dependet tota, qvæ qvo eſt
uberior in cognoſcente, eò eſt firmior & tu-
1. Joh. V, 12. tior in via ſalutis. Qvi Filium non habet,
nec Patrem habet; & qvi Spiritum utriusqve
non credit, nec Filium credit, nec Patrem;
adeoqve in Deum verum credere non poteſt.
Si credenda eſt charitas Patris, ut ſalveris; ſi
redemptio Filii, ut cohæres ejus fias; creden-
dus eſt etiam Spiritus Paternæ charitatis, &
redemptionis filialis Conſultor, & Prædica-
Joh. XIV, 16. 26. tor. Ita Servator: *Ego rogabo Patrem, & a-*

lium

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

*lium conſolatorem dabit vobis, ut maneat vo-
biscum in æternum; ſpiritum veritatis, qvem
mundus non poteſt recipere, qvia non videt
eum, nec novit eum; vos autem cognoſcitis eum,
qvi apud vos manet, & in vobis eſt. Cum
venerit conſolator ille, qvem ego mittam vobis* Joh. XVI, 13.
*à Patre, Spiritus veritatis; qvi à Patre proce-
dit, ille teſtabitur de me, et deducet vos in o-
mnem veritatem; non enim loqvetur à ſemeti-
pſo, ſed qvæcunqve audierit, loqvetur, & qvæ
ventura ſunt, annunciabit vobis; Ille me glori-
ficabit, qvia de meo accipiet, qvod renuncia-
bit vobis; omnia qvæ habet Pater, mea ſunt,
propterea dixi; illum de meo accepturum, qvod
renunciabit vobis.* Jam apud temet, Lector
mi, explora fidem, qvam de Deo habere de-
bes adorando, & ſiſtet ſe veritas revelata, e-
um te habere, ſi ſalvus eſſe velis, neceſſariò,
qvi Pater ſit æterni Filii, miſſi in carnem ob
humanam ſalutem, à qva veniat Spiritus ve-
ritatis, unicè ſalutaris; Hic à Filio habet bo-
na denuncianda mortalibus, qvæ Filius ha-
bet acqviſita à charitate Patris; Non eſt pri-

mus absqve ſecundo, nec ab utroqve procedens tertius absqve primis; omnes coæqvales in gloria æterna, & in elargitione bonitatis ſuæ per admirandam trium in negotio ſalutis noſtræ œconomiam. Hæc adhuc oppidò ſunt attendenda; In SS. Trinitate adorandum eſſe Deum incarnatum, qvi olim adorabatur in promiſſo incarnandus; *omni-*
1.Tim.III, 16. *um enim confeſſione magnum id eſt myſterium pietatis, Deus manifeſtatus in carne.* Deus ſine carne non eſt adorabilis peccatori homini, qvia in merito carnis aſſumptæ eſt ac-
Eph. III, 12. ceſſus ad Deum. Eſt autem diſtinctio in
Col.I, 20. aſſumptione carnis, & Deus eſt adorandus
Hebr. V, 16. in Filio aſſumente; & Pater per Filium adoratur in Spiritu S. Filius cum aſſumpta carne, una adoratione, cum majeſtas divina ſit communicata carni, nec ſit Deus adorandus niſi ſub infinitæ bonitatis majeſtate. Tres adorandi, ut unus ſunt; ſunt enim unus Deus benedictus in ſecula. Hanc fidem Reſerator divini ſinus Spiritus veritatis nobiſcum communicavit, cum miſſus à Redemptoris

in cœ-

in cœlos adſcenſione, dona dedit varia in ſalutem diſtribuenda, qvæ inter & ipſe eſt Spiritus gratiæ & precum, & ſolatiorum, & ſanctitatis, & futuræ gloriæ noſtræ fidiſſimus ſtipulator, cujus ſtupendi beneficii memoriam Pentecoſtale Feſtum Chriſtianorum nobis feliciter repetit. Celebremus id cum tripudio pectoris, in gaudio ſpirituali deprecantes ſeriâ pœnitentiâ infelicitatem horum temporum, in qvam majorum noſtrorum & noſtramet peccata nos conjecerunt. Niſi Spiritus gratiæ & ſolatiorum in ſubſidium deveniret, deſperandum eſſet. Qvantis Martis premimur inſultibus & novis periculis? qvantis circumvenit caſtra Sanctorum inſidiis Spiritus mendax & veritatis fidelis diſturbator? qvàm doloſis machinationibus hypocriſis interpellat? & verè intra caſtra noſtra perniciosiſſimus excubat hoſtis *Pietiſta*, & *Chiliaſta*; & utroqve pejor *Arnoldinorum* commentorum impius dilaudator. Incipiat tandem pudere infeſtiſſimus calumniator veræ Eccleſiæ, ut corrigantur ſedu-

cti,

cti, & redeant in unanimem doctrinæ & vitæ piæ conſenſionem, à qva ſyrraxi perniciosa ſe ejecerunt. Dele peccata noſtra, ô miſerator noſter, qvi olim ea populo tuo condonaviſti, & juſſiſti evaneſcere in judicio tuo; fac & nobis hanc gratiam, qvam promiſiſti in gratiæ regno perpetuam & inceſſantem, ut liberati ab his & aliis malis tibi gratias agamus, qvod à ſuppreſſione noſtra nos erexiſti, & in hoſtes tuos victoriam conceſſiſti: Qvod ſupereſt, agite, conveniamus ad ſacram aram, & memores hoſtiarum Deo gratarum, muneribus largis ſuccincti fidis Verbi miniſtris gratum animum expromamus, reputantes, quæ ſcripſit Apoſtolus;

Gal. VI, 6. 9. 10. *Ne benefaciendo ſegneſcamus; tempore enim ſuo metemus, ſi non elanguerimus. Nempe igitur, dum tempus habemus, ſimus benefici erga omnes, maximè domeſticos fidei, & verbo miniſtrantes.* P. P. Witteberg. 1701. Fer. Pentecoſt.

WITTEBERGÆ,
Literis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/10
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/11
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn333770935/12
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft